

S V M M A R I A.

legum dispositionib. ei competit tanquam legitimo administratori, ratione & virtute patrie potestatis, unde mater & hoc ius tollere non potest, arg. l. nemo potest ff. de leg. 1. & per alia fundamenta, quae me mouent ad tenendam hanc opinionem, quae nunc omitto, atq; difficile putarem, posse obtineri secundum primam opinionem supradictam.

Secundo & verius in proposito respondetur dicte difficultati motae ex tex. in d. l. quonia in priorib. quod illa procedit respectu d. authent. excipitur, non vero in nostro casu & quaestione, quia nos non agimus, quado mater instituit ipsummet filium, sed quado filius in vita matris, & cum eius consensu renuntiavit cu iuramento hereditati matris, & mater ipsa instituit alios heredes, non vero filium renuntiantem; Unde mater cum in sui fauorem fuerit facta renuntiatio, bene poterit disponere ad libitum de ipsius bonis, ad quod praestat argumentu ratio tex. in d. authent. excipitur casus vero illius tex. non est idem, de quo nos agimus, quod filius poterit renuntiare hereditati matris in hoc casu in praedictum vfructus patris, probatur manifestissime ex his, quae supra, no semel dicta sunt scilicet, quia est ius quaerendum, cuius quide non par ratio est cum iure quaesito. Item & ex gl. in d. l. si quando, §. si. C. de inoff. test. communiter approbata, vt supr. dictu est, quae tenet, posse filiu in praedictu liberorum renuntiare hereditati patris, & consentire se praeteriri & exheredari, & vinculum & quocunq; alia onera in sua legitima apponi, maxime interueniente iuramento, vt supra late dictu est. Igitur a fortiori id habebit locum in filio renuntiante in praedictu patris, quia magis debita est hereditas patris filijs, qua hereditas filij patri, item & quam vfructus, quia legitima debetur filijs iure nature, vt dictu est; vfructus vero debetur patri ex dispositione ciuili, hoc est, legali, vnde cum fortius sit ius filiorum quam patris, & in praedictu filiorum valeat renuntio, valebit & fortius in praedictum.

Quando vero pater consensit renuntiationi huic per filium factae de bonis maternis, claru est & absq; dubio nocere in totum patri, quia ipse consensit, & ita tenet Couar. vbi supr. & probatur praeterea a fortiori, hoc est, in iure iam quaesito in d. l. si filij autem, C. de bo. qua lib. & in alijs plurib. iurib. quibus probatur, posse que iuri pro se introducto renuntiare, quae iura vulgaria sunt, & ideo ea non refero, & cum his remanet bene declarata tota opinio & doctrina Pauli de Castro in d. l. si in princ. qua nunquam sic declarata vidi neq; inuenies alibi hucusq; quia Dd. hic nec alibi non examinant ea, licet sit articulus difficilis, quotidianus & optimus, quia Couar. & Vellus Ferna. vbi supr. qui de ea mentionem fecerunt, aliter, quam in meo libro se habeat, litera Pauli retulerunt, licet ob hoc non sint arguedi, quia credendu est in suis libris litera Pauli esse prout ipsi retulerunt, & non ita late declararu, ideo meci sunt tenenda omnia supradicta, quia honoré & pecunias tibi afferre poterunt. Post primam huius operis editionem illustrissimus Cou. in altera noua editione suae repetitionis huius c. praedictis his meis scriptis [quia hunc libru ad eum cum mea epistola familiari misi, & mihi rescripsit adhuc suis adharendo] cum mea opinio in omnib. suprad. circa doctrinam Pauli vbi supr. nempe in d. l. si in princ. n. 5. C. de bo. qua lib. concordauit & condescendit, eamque iure probauit a sua priori contraria circa vsum fructum discedens, tribus conclusionibus nouiter propositis, quas addidit in praed. nouissima editione, me tamen tacito, imo & signis atque stellis ab eo nouis additionibus consuetis apponi praetermissis cum tamen in alijs nouissime me referat.

- 1 Leges ciuiles, quae improbant pactum, de quo in hoc text. referuntur, & earum rationes, remissive.
- 2 Pactum siue renuntiatio de non succedendo an firmetur iuramento de iure ciuili.
- 3 Pactum siue renuntiatio de succedendo an firmetur iuramento de iure ciuili?
- 4 Dispositio huius tex. est seruanda, etiam per iudices seculares laicos.
- 5 Ius Canonicum est seruandum, etiam in foro ciuili & per iudices laicos, in concernentibus peccatum.

Improbatur lex ciuili. Hanc l. ciuili est l. si. & in l. pa. l. sum quod dotali, C. de pact. & in l. pactum dotali, C. de collat. & in l. si quando §. 1. & 2. C. de inoff. testam. quarum legum rationes assignat & ponit Couar. in presenti initio tertiae partis velle ideo eas non referam.

Est tamen in hoc dubium, scilicet, An attento iure ciuili pactum huiusmodi de non succedendo, hoc est, renuntiatio, firmetur iuramento? In quo gloss. in d. l. si quando, §. illud verb. praeuari, C. de inoffic. testam. tenet, quod siue pactum istud sit de succedendo, siue de non succedendo, non firmetur iuramento, eandem opinionem tenet gloss. in d. l. pactum dotali, vbi b. improbat, quae refert Petrum tenentem contrarium, imo quod huiusmodi renuntiatio iuramento firmata valeat & teneat: est etiā similis gl. in l. qui superseditis, verb. repudiat, ff. de acquir. hered. sed opinionem Petri, quod valeat, tenet Bart. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. & idem Bar. in d. l. pactum dotali, vbi Decius num. 5. testatur esse communem opinionem, dicit etiam communem Boerius dec. 62. n. 13. & hanc opinionem tenet & declarat Romanus in d. l. qui superseditis, n. 1. Cagnol. de repet. d. l. si. nu. 15. C. de pact. volu. 7. repetitio, & Anton. Gom. in l. 22. Taur. nu. 6. & haec communis opinio procedit hodie & probatur attenda dispositione iuris canonici in hoc c. quauis pactum, opinio vero contraria gl. attenda dispositione iuris ciuili, quod improbauit huiusmodi pactum & iuramentum, id non confirmat, tanquam factum contra prohibitionem legis, vt in l. non dubium, C. de leg. ita has duas opiniones concordat Bald. in d. l. pactum dotali, n. 1. & Salyc. ibi. nu. 1. & eam dicit communem Hozad. conf. 97. n. 13. tenet idem Bar. in repet. l. si potest, nu. 7. ff. de acq. hered. vbi Maranta num. 218. testatur eam Bartol. opinionem esse communiter approbatam, & tenuit ante omnes gl. hic verb. seruari debet.

Sed supradicta procedunt in pacto de non succedendo iurato, de quo loquitur noster tex. Nam cum non sit contra bonos mores, bene firmatur iuramento, & sic quantum ad hunc casum bene reprobantur d. gl. tamé quatenus loquitur in pacto affirmatiuo de succedendo, bene dicunt gloss. quod huiusmodi pactum non firmetur iuramento, quia tractatur de hereditate viuientis, quod est reprobatu, quia contra bonos mores, ne detur votum captandae mortis, vt in d. l. si. & ibi notat. C. de pact. & iuramentum contra bonos mores non est obligatorium, etiam attento iure Canonico, vt in c. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. de quo pacto noster tex. no loquitur, sed de pacto de non succedendo, & ita inuenio, quod hanc opinionem gloss. in pacto affirmatiuo de succedendo tenent & sequuntur Dd. ibi. vltra quos eam opinionem gl. in hoc dicit communem Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta, colum. 3. ff. de verb. obligat. sequuntur & dicunt communem plures relati per Tiraquel. in l. si vnguam, in princip. num. 157. & sequent. C. de reuocand. donat. sequitur alios referens Gregor. Lopez in l. 33. tit. 11. part. 5. in gloss. no deue valer. & in hanc materiam intelligit Bart. in d. l. si. nu. 9. C. de

C. de pact. & ibi. Dd. & hanc opinionem testatur communem, plurimos allegans & bene probans Mar. Socinus Junior conf. 4. q. per tot. lib. 2. qui est videndus omnino.

Ultimo test notandum, quod dispositio huius tex. est seruanda, etiam per iudices seculares laicos, per tex. in c. licet, de iure iur. lib. 6. & ita tenet gl. in hoc cap. quauis pactum, verb. seruari debet, ad fi. dicens, quod iudices seculares compelli possunt per censuras Ecclesiasticas ad obseruantiam huius text.

Cuius ratio est, quia cum simus in concernentibus peccatum, ius Canonicum est seruandum, etiam in foro ciuili & per iudices laicos, vt in c. fin. & ibi gl. & Dd. de praeser. & ita hanc opinionem in terminis nostri text. tenet Georg. Natta in repet. huius text. n. 10. & Guiler. Bened. in repet. c. Reg. de test. verb. duas habens filias, n. 247. fol. 33. in 1. par. & testatur communem opinionem esse ex testimonio Paul. Paris. Cou. in praesent. n. 3. par. velle §. 4. n. 9. & ita est tenendum.

S V M M A R I A.

- 1 Renuntiatio non firmatur cum iuramento dolo praestito.
- 2 Enormissima lesio in casu huius text. an sit causa sufficiens ad rescindendam renuntiationem iuram. de qua in hoc text. & quod remedium siue cautela adhiberi possit ad hoc remissive.

Si tamen iuramento non vi, nec dolo praestito firmatum fuerit ab eadem Formam huius iuramenti, vt comprehendat omnes defectus & laesiones, polui late supra in repet. authent. sacramenta puberum, C. si aduers. vend. & ad ibi dicta me remitto.

Sensus igitur horum verborum est, iunctis infra proximis, quod si iuramentum, de quo in hoc text. praestetur vi, vel dolo, non firmatur cum eo renuntiatio idem probat text. in c. cum contingat, de iure iur. & in d. authent. sacramenta puberum, cum alijs similib. de quo videndi sunt bene materiam hanc examinantes vltra Dd. in locis ordinarijs, scilicet, an contractus vel renuntiatio, iuramento per merum, vim, dolum praestito sit nullus momenti, & an opus sit relaxatione & abfolutione Con. hic in 2. par. §. 4. n. 2. & idem Con. lib. 1. vbi resol. c. n. 1. & idem in quarto de sponsal. 2. par. c. 3. §. 3. & Martib. de Aff. d. dec. Neap. 263. & 22. n. 6. & ibi eius addit. & 194. n. 1. & Nauar. in repet. c. acceptam, de resit. spol. in 4. opposit. n. 11. & Greg. Lop. in l. si. tit. 11. par. 4. gl. 2. ad fin. videnda est etiam d. l. fin. partita, & l. 28. tit. 11. par. 5. quae ll. videtur sibi inuicem contrariae. Sed Greg. Lop. in d. l. 28. verb. Iurando, ponit concordiam; videndus est etiam in materia Roland. a Valle conf. 2. nu. 76. & seqq. lib. 1. vbi omnes agunt de materia c. si vero, de iure iur. & quia ipsi bene hoc declarant, ideo ego omitto.

Sed; An enormissima lesio contingens in huiusmodi renuntiatione iurata sit iusta causa, propter quam possit retractari ipsa renuntiatio, & quod remedium siue cautela possit adhiberi, ne renuntiatio siue contractus iuratus rescindatur praetextu huius laesione enormissima, obtenta prius relaxatione iuramenti ad effectum agendi & excipiendi? dixi late in d. authent. sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. n. 97. & seq. ad ibi dicta me remitto, interim in terminis huius c. quauis pactum, vide omnino Antonium Gabriel. lib. 3. commun. opin. concl. 1. de iure dot. pag. 212. vbi refert duas communes opiniones contrarias in hoc, & tandem affirmatiuam dicit videri magis communem, & ibi eam pluribus modis ampliat & limitat, & n. 11. refert esse communem opinionem ex Grapto conf. 8. vol. 1. quod tunc lesio dicatur nimis excessiua, quando est vltra triplum, vel quadruplum iusti

pretij, verius credo, vt in hoc relinquatur arbitrio iudicis.

In renuntiatione legitima patris viuientis, quod non rescindatur praetextu enormissimae lesionis bonis rationibus plures allegans, tenet D. Burgos de Paz conf. 5. n. 7.

Ultimo poterat hic examinari quilla; An solus metus reuertentis sit sufficiens ad rescindendum contractum vel renuntiationem iuram? Sed omitto, alibi volente Deo latissime dicturus, ne dum breuis esse cupio in hac repetitione, longus esse videar.

S V M M A R I A.

- 1 Filia renuntians in casu huius text. excluditur ab hereditate patris etiam intestati decedentis.
- 2 Hoc limitatur, quando parens nullos alios filios habet.
- 3 Hoc sublimitatur, si adsint nepotes, vel nepes.
- 4 Renuntiatione facta, non quidem conemplatione filiorum, sed ut is, in cuius fauorem renuntiat, possit libere disponere, non admittitur renuntians ad hereditatem parentis decedentis, etiam sine alijs descendib.
- 5 Filius in casu huius text. etiam si renuntiauerit iuri petendi alimenta, poterit nihilominus, si maigeat, ea petere.
- 6 Filius, vel filia renuntiata in casu huius text. excluditur a legitima, qua sibi competeret si non renuntiauerit.
- 7 Renuncians hereditatem parentis, non prohibetur succedere fratri, etiam si frater ipse successerit parenti & eius bona habeat.
- 8 Hereditas postquam est adita, non dicitur amplius hereditas, sed efficitur proprium patrimonium heredis.
- 9 Renuncians hereditatem parentis, non prohibetur succedere fratri, qui fuit heres eidem parenti, licet decesserit ante aditionem hereditatis.
- 10 Cautela, vt renuntiatio vtrumq; comprehendat.
- 11 Renuntiatio in casu huius text. non impedit renuntiantem, quin capiat, quod sibi relictum est in testamento ab eo, cuius hereditati renuntiauit.
- 12 Procedit hoc, etiam si filia renuntiauerit successioni ex testamento.
- 13 Procedit etiam si renuntiatio fiat fauore fratrum, patre consentiente.
- 14 Renuntiatio, de qua in hoc text. facta alijs filijs existentibus, & decedentibus postea in vita parentum, non impedit, quin renuntians admittatur ab intestato, & contra testamentum eius, cuius hereditati renuntiauit.

Omnia seruari debent. Ex hoc inferitur planissime, quod filia huiusmodi excludetur virtute praed. pacti & renuntiationis iuratae ab hereditate patris etiam intestati decedentis, vt plurimos allegans testatur communem esse opinionem Couar. in praesent. par. velle §. 3. n. 5. vltra quam eandem opinionem sequitur & dicit veriolem bene probas eam & defendens a fundamento tenentium contrarium Antonio Gom. in l. 22. Taur. n. 8, qui n. 9. latissime etiam probat & fundat, quod neq; contra testamentum, in quo praeterita est huiusmodi filia, villo modo admitti poterit, propter renuntiationem praed. & testatur esse communem opinionem, & probari in hoc text. in illis verbis, nullum ad bona paterna regressum habere, & etiam probatur in his verbis, quae nunc declaramus, scilicet, omnino seruari debent.

Sed haec supradicta procedunt, praeterquam si re- pore renuntiationis pater, vel mater nullos alios filios habebat praeter renuntiantem, nec postea etiam nati